

Dissertatio Medica Inauguralis, De Electione Venarum Sub Sanguinis Ventilatione Subinde Necessaria

Buetzovii: Typis Johann. Gotth. Fritzii, [1765]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880874538>

Druck Freier  Zugang



Universität Bützow
Med. Fak. 1765
Detharding/Güldenzopff

Bützow 011

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,
DE
ELECTIONE VENARUM
SUB SANGUINIS VENTILATIONE
SUBINDE NECESSARIA,

Q U A M
AUSPICE SUMMO NUMINE,

ET
CONSENSU GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE
IN
ACADEMIA FRIEDERICIANA BUETZOVIENSI,
PRO GRADU DOCTORIS
LEGITIME IMPETRANDO,
SUB PRAESIDIO
D. N. GEORGII CHRISTOPHORI
DETHARDINGII,

FACULT. MED. DECANI, ET SERENISS. DUC. MEGAPOL. CONSILIAR. AULIC.
DIE *XXI* .MAJ. A. O. R. MDCCLXV.

H. L. Q. C.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
AUTHOR
JOHANN PETRUS GÜLDENZOPFF,
NESA - MEGAPOLENS.

BUETZOVII
TYPIS JOHANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. PRINC. AUL.
ET ACADEM. TYPOGR.

1765

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS
DE
ELECTIONE VENARUM
SUB SANGUINIS VENTILATIONE
SUBINDE NECESSARIA

AVVSPICE SUMMO NUMINE

ET
CONSENSU GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE
IN
ACADEMIA FRIEDERICIANA BÜTZOVENSIS
PRO GRADU DOCTORIS

LEGITIME IMPETRANDO
SUB PRÆSIDIO
DN. GEORGII CHRISTOPHORI
DETHARDINGII

PACULT. MED. DECANI, ET SERENISS. DUC. MEGAPOL. CONSILIAR. AVVIC.
DIE XXI. MAJ. A. O. R. MDCCCLXX.

H. L. G. C.
PUBLICO ERUDITIONUM EXAMINI SUBMITTIT

AUTHOR
JOHANNI PETRUS GÜLDENZOPFF,
MESA-MEGAPOLIENSIS.

BÜTZOVIA
TIBI JOHANN. GOTTF. FRIEDEL, SEREN. PRINC. AUL.
ET ACADEM. TYPOG.



PROOEMIUM.



Sectionem venarum artificialem inter operationes chirurgicas antiquissimas collocandam esse, ex monumentis veterum Medicorum edocemur. Nec mi-

A 2


rum,

rum, ab omni ævo Medicos de tali sanguinis ventilatione cogitasse, quando ab hæmorrhagiis spontaneis, vel casu excitatis, commoda multifaria in sanitatem redundantia fuere experti. Deprehensi quidem haud infimi subsellii Medici, qui improbare eandem al- laborarunt, quos inter ERASISTRATUM, HELMONTIUM, BONTEKOE, & GEHEMAM nominasse sufficiat; verum argumenta horum passim speciosa, rationibus solidis ex theoria & experientia petitis infirmata, & resoluta offendimus, ut unanimi propemodum hodiernorum consensu, inter potiora sanitatis conservandæ, & læsæ restituendæ præsidia jure meritoque habeantur, atq; magis de ab-
usu,

usu, quam negligentia hujus operationis con-
queri possimus. Adeo namque invaluit, non
tantum in Gallia, & Hispania, verum & pas-
sim penes nostrates, sanguinem mittendi con-
suetudo, ut sub quibuscunque fere molestiis
ad hanc evacuationem, tanquam ad sacram
anchoram confugiant, eoque ipso sanitati o-
ptime consultum iri, habeant persuasum, hinc
Gedeoni HARVAEO in *Tract. de Arte curandi*
per Expectationem, occasionem suppeditaverint,
Medicos hosce *Lanio-Doctores* nuncupandi, imo
haud pauci inter prudentiores causam mortis
in Medicum conjiciant, qui, ut ita dicam, me-
thodicam hanc curandi artem, tanquam sum-
me necessariam habitam omiserit. His adden-

di certo respectu, qui venæsectionem, nullo
observato locorum discrimine, prout ægroto,
vel chirurgo opportunum visum, admittere
confueverunt; imprimis Chirugi, data hac o-
ptione, ut plurimum venas brachii, incerto li-
cet cum successu, eligere solent, quod tantum
negotii & difficultatis ipsis haud faceffit, quam
si in pede venam tundere tenentur. Hæc est
ratio, cur Disputationem Inauguralem, ex de-
creto gratiosæ Facultatis Medicæ conscriptu-
rus, de Electione venarum sub sanguinis ven-
tilatione subinde necessaria, differere decreve-
rim. Cui proposito Deus ter optimus maxi-
mus clementissime benedicat!

TRA-



TRACTATIO.

§. I.

Ex quo *Guilielmus* HARVAEUS circulum sanguinis per cor & vasa huic contigua evidentissimis promulgavit observationibus, univertia ars medica, tam theoretice, quam practice considerata, longe aliam obtinuit faciem, quam in scriptis veterum Medicorumprehendimus. Prolixum nimis foret, & a scopo praesenti alienum, singula huc pertinentia momenta ordine recensere. Ingressus loco praemonuisse sufficiat, ex memorata circuitus sanguinis ignorantia, veteribus fuisse persuasum, certas venas externas cum visceribus C.H. societatem & nexum habere, hinc sub statu horundem praeternaturali, praecipue ex eisdem sanguinem esse mittendum, sic v.g. in Ca-

pitis adfectibus venam exinde dictam cephalicam, Hepatis vitiis basilicam, Lienis statu præternaturali splenicam incidendam curarunt, & sic porro, quinimo ad spectus planetarum in Zodiaco certis C. H. partibus amicos nunc noxios crediderunt, quæ est causa, cur adhuc hodie in nonnullis calendariis icunculæ, *Uderlaff-Männlein* exinde dictæ, huic scopo adaptatæ deprehendantur. Hæc venarum electio quondam adeo scrupulose observabatur, ut secus qui fecerit, vel contrarium docuerit, adversariorum persecutiones subinde habuerit sustinendum. Aspera talia fata expertus est *Petrus* BRISSOTUS, qui relictis monitis Arabum, sub pleuritide venæsectionem in opposito latere, vel in vena pedis saphæna suadentium, secundum placita Græcorum, ex eodem latere, quo dolor punctorius observatus, sanguinem extrahendum volebat, sed eo ipso contradicentium animos ita erga se excitabat, ut controversiam hanc primo Academia Salmanticæ dirimendam commiserint, imo, amissa causa, litem ad Carolum V. Imperatorem detulerint, perhibentes, BRISSOTI doctrinam impiam esse, non minorem corpori humano pernitiem conciliantem, quam Lutheranorum schismata mortalium animis, vocando insimul hujus affectas ignorantes, temerarios, violatæ religionis reos, imo Medicorum Lutheranos. (*)

§. 2.

(*) Conf. *Joh. Conrad* BARCKHUSEN *Tractat. de Medicina oris & progressu*. Dissert. XIII. p. 193.

§. 2.

Missis his præjudicatis, ex ignorantia sanguinis circuli ortis opinionibus, non omnem venarum secandarum electionem spernendam & rejiciendam esse autumaverim. Non est, ut contra solam depletionem, vel imminutionem plethoricæ constitutionis, indifferenti phlebotomia perficiendam aliquid regeram, perinde namque erit, ex quo loco sanguis educatur, modo hac observata cautela, ut vasa capaciora eligantur, incisione paullo majori facta, quo sanguis prompte & copiose prorumpens, majorem in circulo suo post se trahat alterationem; at enim vero, sicubi certa corporis pars, ab accumulata inibi sanguinis mole, ægre afficitur, revulsio ejusdem, vel derivatio, solam ventilationem, mea quidem ex sententia, multis antecedit parasangis. Hoc agnovere jam veteres Medici, modo quod ex memorata circuitus sanguinis ignorantia circa talem venarum electionem aberraverint. Vestigia horundem legentes recentiorum plurimi, venæsectionem revulsoriam & derivatoriam retinere quidem, sed inter æquipollentia collocarunt, vel haud adeo magnum, nisi certis sub circumstantiis admisere discrimen, hæcque ex nexu diversarum partium cum invicem indissolubili derivantes. (*) Alii contra, venæsectione sanguinem a loco speciali nec derivari, nec revelli posse, multis argumentis, hydraulicis potissimum

B

mum

(*) *Frid. HOFFMANNI Disput. de Venæsectionis prudenti administratione.*

num experimentis superstructis, demonstrare fuerunt
annifi. (*)

§. 3.

In diffusissimum exspatiarer campum, si omnia
& singula momenta Medicorum horundem, in diversas
adeo partes abeuntium, figillatim recensere vellem, qui
B. L. ad scripta horundem recensita volo ablegatum.
Quod speciatim argumenta omnem revulsionem & de-
rivationem negantium concernit, lubentissime quidem
admiserim, hæc, ex solis legibus mechanicis, & hy-
draulicis petita, speciem indubitatae veritatis præ se fer-
re, motumque sanguinis regularem talem esse debere,
qualem cor cum adnexis vasis determinat. Verum e-
nim vero, si consideraverimus, hunc sanguinis circu-
lum non unice a corde, & directione vasorum depen-
dere, sed moderamen ejusdem a motu fibrarum toni-
co, & reactione partium, harumque renisu diverso si-
mal esse admittendum, hydraulica principia circa cor-
pus vivum suas patiantur exceptiones, necesse est. Cui
experientia subscribit, sanguinis ventilationem diver-
fis in locis institutam diversos effectus post se traxisse
do-

(*) v. g. HAMBERGER in Disput. de *Venesectione, quatenus
motum sanguinis mutat.* Jenæ 1729. habit. Joh. Andr.
SEGENERUS in Disput. de *Derivatione & revulsione per vene-
sectionem.* Götting. 1749. edit. SENACUS dans les *Es-
sais de Physique sur l'Anatomie d'Heister.* p. 511--532.
Agid. WATTS in Dissert. de *revulsione & derivatione.*
Londin. a. 1754. Casp. KOEHLER de *usu venesectionis in
pede fallaci.* Lips. 1742.

dócens. Non defunt quidem observationes exoptatorum successuum promiscuæ sanguinis evacuationis, quando a sectione venæ in brachio, mensium, lochiorum, vel hæmorrhoidum suppressio fuit sublata, & versa vice, hæmorrhagia uteri, & mictus cruentus a phlebotomia in pede siluere. (*) Verum, inter rarioribus casus hæc phœnomena collocanda, pro norma haud semper assumenda. Quando etenim eventus hanc medendi methodum probavit, vel a depletione plethoricæ constitutionis, tanquam causa morbi, vel ab avtocratia naturæ fuit derivandus. Per vasa siquidem a mole sanguinis, ultra tonum naturalem expansa, circulus hujus non nisi cum difficultate procedit, detracta autem hujus portione, stagnationes ejus tollantur, & restituto vasorum tono, sanguis liberiori via per illa pellatur necesse est, huic si adcesserit energia vitalis, obstaculo tali remoto, motus irregulares in ordinem reducens, effectus secundus sperari poterit.

§. 4.

Est ergo, ut variis sub ægritudinibus, electionem venarum secundarum, promiscuæ sanguinis ventilationi præferendam esse, eoque ipso, possibilitatem Revulsionis & Derivationis sanguinis enodatius paulo explicem. Quod prius concernit, sectionem venarum in partibus oppositis involvens, primarium argumentum a negotio congestionis sanguinis versus certa loca peten-

B e

(*) vid. *Lazar. RIVERII Observat. & Curat. Medic. Cent. 1. Obs. 2.* it. *AMATI Lusitani Cur. Med. Cent. VI. Obs. 28.*



tendum videtur. Ex phoenomenis siquidem hanc stantibus facile adparet, strictura fibrarum præternaturali, vel motu harum tonico adaucto, sanguinem in vasis capillaribus premi, liberum per arterias in ea influxum sufflaminari, eoque ipso in loca diffusa magis impelli, quorum fibræ non ita adstrictæ liberiores sanguinis influxum admittunt. Disparent proinde vasa sanguifera in locis stricturam talem passis, & sensus in eisdem frigoris, item pulsus arteriarum vix perceptibilis observatur, in aliis, versus quæ sic dicta congestio facta, rubedo, calor, & ex accumulato sanguine, partes has distendente, dolor & ictus arteriarum minutissimarum passim deprehenduntur, indicio luculentissimo, motum sanguinis non ubivis esse æqualem, licet vasa per omnes corporis partes, numero & proportione iusta fuerint distributa. Hunc circulum arbitraria sanguinis ventilatio non adeo facile æqualem reddere, potius datis certis circumstantiis, congestiones versus loca a sanguine ultra modum repleta augere valebit, imprimis, si morbus non a sola quantitate ejus onerosa ortum traxerit. Pariter & consuetudinis hic ratio habenda erit, utpote quæ evacuationes humorum, sic & ipsius sanguinis non parum determinat, ita ut venæsectioni in pede adsuetus, hanc operationem in brachio vix, nisi sub certis indicantibus, absque noxa sustinere poterit. De viro quodam narrat HANNEMANNUS (*) sinistrum brachium singulis annis quinque phlebotomo subicere solito, qui a secta in dextro
bra-

(*) in Ephem. Acad. Nat. Cur. A. V. & VI. Observ. IX. p. 123.

brachio vena, pessime se habuit, nec cum sanitate prius in gratiam redire potuit, quam in brachio sinistro vena fuit tusa. Nec adeo infrequens est sensus punctorius & lancinans, quem venæsectioni certis anni temporibus adfueti circa locum olim incisum experiuntur, quando hanc sanguinis ventilationem procrastinant.

§. 5.

A pediluvii & manuluvii major contingit a locis remotis, ad loca blande emollita & calefacta, sanguinis & humorum adfluxus; quidni concludendum, sanguinem per arterias, præsertim incisæ venæ respondententes, fortius versus illum locum pelli posse, ex qua portio ejus fuit educta? Resistencia siquidem, quam sanguis arteriosus in vasis capillaribus pressis sustinuit, remota, fortiori & liberiori motu ruit ad extimos apices, & subsequenti spatium concedit, parili promptitudine viam prosequendi, prout observamus, cursum amnis, cataractis temperatum, hisce remotis, rapidiori impetu versus illum locum dirigi, ubi exitum invenit. Ill. de HALLER (*) motum aneurismatis, vena arteriæ huic continua incisa, restitutum, imo arterias ab avulso corde quietas redditas, a vena percussa, motum recuperasse observavit. His si adcesserit energia naturæ, occasione ventilationis sanguinis, motu fibrarum tonico, hunc versus locum incisum diri-

B 3 gen-

(*) in Comment. Societ. Reg. Scientiarum Göttingenf. Tom. III. A. 1754. p. 320.



gentis, facile patet ratio revulsionis vel derivationis sanguinis a locis affectis, quam in sola ejus imminutione, vel depletione vasorum indifferenti frustra collocare annitur contradicentium numerus. v. g. Mictu cruento laborans plus auxilii a venæsectione in brachio, quam in pede obtinebit, & haud ita pridem mihi obtigit casus foeminæ hæmorrhagia uteri effreni laborantis, quæ educto ex brachio ad uncias circiter binas sanguine, paucorum horæ momentorum spatio a profluvio hocce liberabatur. Sed de his in subsequentiis uberior erit differendi occasio.

§. 6.

Vel me tacente constabit, electionem hanc venarum locum saltem habere sub hæmorrhagiis spontaneis, sive activis, ex errore loci ortis, haud vero passivis, quam violentæ læsiones excitarunt, hæ etenim vel nullam exigunt sanguinis ventilationem, quando sufficiens portio ex læsis vasis emanavit, vel si quando nimis cito vasa vulnerata iterum fuerunt obturata, & inflammatio partis læsæ metuenda, perinde erit, ex quo loco determinanda sanguinis portio educatur, & mala alias metuenda arceantur. Arteriarum majorum vulnera itidem nullam admittunt venæsectionem nec revulsoriam nec derivatoriam, quandoquidem impetum sanguinis a corde pulsi minime moderare, nec ad alia loca deducere valebit, nisi forte arteria intempestive compressa, copia irruentis sanguinis fortius moti, stagnationem ejus, vel stasin, vel novam ejus profusionem minuetur.

§. 7.

§. 7.

Quæ de sanguinis Revulsione per venæsectionem fuerunt adducta, certo respectu valebunt, quando hujus ventilatio pro scopo Derivatorio in locis parti affectæ propioribus instituitur. Naturam observamus hac in encheiresi præeuntem, utpote quæ capitis dolores exquisitos hæmorrhagia narium spontanea levare, & spasmos a sanguine in ramis venæ portæ stagnante ortos, profluvio hæmorrhoidali tollere valet. Sicubi ergo sanguis per arterias partis cujusdam copiosior & fortius pulsus, vasa ejus capillaria, in suo decursu magis magisque angustata, in venulas, justa quantitate, ob angustiam anastomoseos tam prompte transire nequit, circa vasa hæc convergentia stagnet, necesse est; fluidum vitali motu a tergo urgens pellit quidem in transitu sufflaminatum, sed propulsioni impar magis exinde accumulatur, canales laterales insimul distendit, ut in oculos subinde incurrant, qui visui in statu naturali se subduxerunt, junctæ partium per quæ decurrunt, intumescencia, ardore, & sensatione admodum molesta, quam febriles motus plus minus vehementes comitari solent. His sub circumstantiis educationem sanguinis ex vena parti vexatæ magis vicina præstabilis esse efficaciam ratio & experientia dicitur. Hac namque encheiresi, liberiori reddito per venam ejusque vasa capillaria refluxu, tollitur impedimentum transitum sanguinis arteriosi in subtilissimis mæandris stagnantis sufflaminans, arteriolis distentis tonus

re-

restituitur, uti vi sua contractili majori cum promptitudine sanguinem in venulas pellere possint, a tergo trusus sanguis cursum vivide prosequitur, verbo: motus sanguinis in parte adfecta ad pristinum statum recedit. Prolatorum horum veritas atque certitudo optime elucescet, quando experientiam consulendo, effectus venæsectionis tam revulsoriæ, quam derivatoriæ, debitis cum cautelis institutæ in medium proferamus.

§. 8.

Quod ergo Venæsectionem speciatim revulsoriam concernit, hanc duplici potissimum ratione in usum trahi constat, ita ut circa congestiones in partibus corporis superioribus, venæ pedis incidantur, & vice versa, quando inferiores a sanguine inibi accumulato male se habent, brachii venæ eligantur. Reliquas sanguinis evacuationes v. g. ex venis jugularibus sub adfectibus capitis, licet certo respectu vim revulsoriam habeant, potiori jure derivatoriis adnumerabimus. Jamjam §. II. indigitatum, solam sanguinis quantitate onerosi stagnationem, sive contigerit in superioribus, vel inferioribus corporis partibus, nullam desiderare venæsectionem revulsoriam vel derivatoriam, sed tantummodo evacuatoriam, quandoquidem subtracta debita sanguinis portione, motus hujus liberior varia ratione turbatus, facile in ordinem redigi, & metus symptomatum exinde oriundorum averti potest. Persuasum tamen habeo, hanc evacuationem sanguinis, si revulsionis simul ratio habeatur, arbitra-

riæ

riæ ventilationi merito præferendam esse; sic hæmorrhagiis narium obnoxius plethoricus effectum magis durabilem, nec tot recidivas a venæsectione in pede observabit, quam si e brachio sanguis fuerit eductus.

§. 9.

Recensionem singulorum casuum, in quibus venæsectio revulsoria locum imprimis habeat, paginæ dissertationi huic destinatæ prohibent, sufficiat proinde, nonnullos, eosdemque potiores adduxisse.

Nimis, quam familiaris est feminis hæmorrhagia uteri, & huic affinis abortus, a congesto inibi sanguine, distentis vasis, horumque tono relaxato ut plurimum ortum trahens. Si quando his ægrotis sanguis ex pede extrahitur, tantum non semper morbum ingravescentem observabimus, ut proinde omnes Medici usu periti, ad revellendum a partibus hisce vexatis, & ad superiores alliciendum sanguinem, venas brachii secandas suadeant (*) cujus operationis successum exoptatum §. V. exemplo evidenti corroboravi. Sane, si quid est, quod abortum præcavere poterit, hæc sanguinis repetita ventilatio reliquis omnibus præfidiis palmam præripere solet. Haud me fugit, feminas gravidas, sæpe venæsectionem in pede administratam, absque metu abortus tolerare, potius varias mo-

C

(*) HOFFMANN *Med. Ration. System. Tom. IV. Part. II. p. 115.*
Joh. Henr. SCHULTZE in *Disp. de Abortu præcavendo. §.*
21. p. 28. *Joh. JUNCKER* *Conspect. Med. Theor. Pract.*
Tab. CXXIV. p. 976.

lestias, a mensibus sub statu graviditatis cessantibus ortas, averruncare posse. Quinimo, ex furtiva venere se gravidas sentientes haud raro ex utroque pede sanguinem ad lipothymiam usque extrahendum curant, nullo tamen abhinc insecuto abortu, ab his autem, quatenus sanis annumerandæ, & uteri profluvio extraordinario olim haud laborarunt, ad supra memoratas concludere minime liceret.

Quæ de hæmorrhagia uteri, revulsoria venæsectione sedanda adduxi, admittenda itidem circa reliquas hæmorrhagias spontaneas ventris inferioris, vomitum puta & mictum cruentum, hæmorrhoides modum excedentes, mensum fluxum nimium &c. venæsectioni in brachio celebratæ citius obtemperantes, prouti versa vice, hæmorrhagiæ narium & hæmoptysis, imprimis, quando a suppressis catameniis, vel hæmorrhoidibus, refrigeratione inferioris ventris, & pedum, aliisque causis, congestionibus versus superiora velificantibus ortum traxerunt, a subtractione sanguinis ex pede conquiescere solent.

§. 10.

Cum hæmorrhagiis spontaneis, certo respectu, conveniunt inflammationes, ex stagnatione sanguinis arteriosi in vasis capillaribus, variis ex causis ortum ducentes, & motibus febrilibus plus minus vehementibus stipatæ. Hæ, si fuerint graves, facile in suppurationem, gangrænam, sphacelum vel scirrhum abire possunt, nisi, junctis aliis adminiculis convenientibus, tempestiva administretur sanguinis ventilatio vel deri-

va-

vatoria, vel revulsoria. Priorem, ob promptum magis successum, ut plurimum anteferre solent Medici, sed & posterior nonnunquam cum fructu eminenti in usum trahitur. Sic MANNINGHAM docuit (*) sub inflammatione uteri a suppressis lochiis orta, e brachio potius, quam e pede sanguinem mittendum, it. HOFFMANNUS (**) in ea quidem est sententia, lochiis subsistentibus, præstare detractionem sanguinis, post pediluvium, in inferioribus partibus, junctis tamen observationibus, sub hoc rerum statu, ab orta febre purpurata, insigniter profuisse sanguinis e brachio educationem. Quibus Cel. van SWIETEN subscribit. (***)

§. II.

Jam ad monita specialia, venæsectionem Derivatoriam concernentia pedem promoveo, electionem venarum partibus adfectis proximiorum, arbitrariæ sanguinis educationi præferendam esse, commonstraturus. A capite proinde, ut exordiar, versus quod congestiones nimis quam familiares contingere solent, teste cephalæa, hemicrania, phrenitide, vertigine idiopathica, apoplexia sanguinea, morbis soporosis, mania &c. sanguinis in vasis encephali cocervati stagnationem factam indigitantibus, de cujus detractione tempestiva cogitandum, ne altas radices agat, demum

C 2

vix

(*) Art. Obstetric. Compend. p. 87.

(**) Med. Rat. Systemat. Tom. IV. Sect. II. Cap. X. p. 117.

(***) Comment. in Boerhavii Aphorism. Tom. IV. §. 133 r. p. 631.



vix extirpabiles, vel morte ipsa terminetur. Hunc in finem veteres Medici (*) magis, quam hodierni, venam frontalem vel temporalem incidendam curarunt; sed, si dicendum quod res est, raro effectus desideratus ab hac phlebotomia subsequi solet, præter enim, quod absque periculo læsionis pericranii contingere haud semper possit, & imprimis circa sectionem venæ temporalis, musculo crotaphiti pericranio obducto subjacentis, talis difficultas metuenda; ex venis his, tanquam magis exilibus, non nisi ægre, & guttatim prorumpens sanguis liberiolem in encephalo motum haud reddere, potius, lente detracta insufficienti ejus portione, impetum & affluxum per arterias carotides promovere potest; quæ & ratio est, cur Medici citati huic phlebotomiæ revulsoriam in brachio aut pede præmittendam vel subjungendam suaferint. (**)

§. 12.

Eadem propemodum dicta sunt de incisione venarum occipitalium, quam ob harum connexionem cum sinibus lateralibus duræ menyngis, ad sanguinem a cerebro derivandum imprimis commendavit MORGAGNIUS (***) & ZACUTUS *Lusitanus*. (***)
Pa-

(*) HIPPOCRATES *Seç. V. Aph. 68.* & HOLLERIUS *Comment. in h. aph. TRALLIANUS Lib. I. Cap. 13.*

(**) TRALLIANUS *de arte medica Lib. I. C. 16.*

(***) *Adversar. Anatomic. VI. Advers. 38.*

(****) *De Med. Princip. Hist. L. 1. hist. 33.* conf. HEISTERI *Instit. Chirurg. P. II. Seç. I. C. V. p. 418.*

Pariter vix est, ut venæsectionis retro aures, olim ex ignorantia circuli sanguinis celebratæ mentionem injiciam, qua sterilitatem & impotentiam ad venerem induci posse, fuit traditum. (*) Pauca tamen de evacuatione sanguinis ex vena, quæ inter canthum oculorum majorem & nasum decurrit, subjungenda veniunt. DIONIS (**) eandem sub inflammationibus oculorum soniticis extulit, & haud ita pridem, famosum Medicum ocularium TAYLORUM venulam hanc itidem secuisse, sed eo ipso tantum non semper malum exasperasse novi, ut non immerito in suspicionem, sostrum munificentius, licet iniquum satis, ex prolongata abhinc cura reportandi inciderit. Periculo namque hæc operatio non vacat, vix unquam effectus desideratus eadem obtinetur, & nescio, an in desuetudinem prope modum jam abiens oculorum scarificatio huic non sit præferenda; HILDANUM retulisse legimus, a venæ ad majorem oculi canthum abscissione, mortem fuisse infecutam. (***)

§. 13.

Certiori & magis præsentaneo cum effectu incisio venæ jugularis externa, in supra recensitis adfectibus admittenda, utpote quæ omni periculo læsionis nervi, vel tendinis, vel arteriæ cujusdam vacat, & ob

C 3

ca-

(*) Casp. a REIS *Quæst. Fecund.* L. VI. p. 695. SIMON de *impotentia conjugali.* C. VII. Thes. 5. n. 3.

(**) *Chirurg.* Edit. II. p. 494.

(***) *Observ. Chirurg. Cent. II. Obs. 14. p. 91.*

capacitatem venæ sectæ majorem, largiori flumine sanguinem educere potest. Quando ergo per ventilationem hanc, sanguinis resistentia in arteriis contingens removetur, & sufflaminatus cursus ejusdem in pristinum motum liberiozem reducitur (§. 7.) decreſcat ejusdem accumulata quantitas, necesse est. Si his addiderim divaricationem arteriæ carotidis in binos ramos æqualis propemodum diametri, facile liquet, tantam sanguinis quantitatem interno ramo detrahi, quantam externus, ob promotum in eadem ab hac ventilatione curſum, adcepit. Lipothymia, periculi tamen expers, hanc operationem decenter factam tantum non ſemper excipiens, testis est promptæ imminutionis in encephalo sanguinis, qualem a reliquis venæſectionibus, in locis a capite magis remotis, non ita facile, niſi in ſenſibilioribus, ac hæmophobis obſervamus; & ex experientia notum, hominem tam ſub morbis periculosis, quam venæſectionibus, ab horizontali magis corporis ſitu, non tam facile in animi deliquium incurrere, ac quando caput & pectus in perpendiculari ſitu collocatur, quandoquidem eo ipſo continuatus impuſus sanguinis ad caput conveniens haud interrumpitur. Sed pluribus huc ſpectantibus adducendis ſuperſedeo, quippe quæ in *Balthaf. Ludov. TRALLES* Tractatu erudito (*) enodate deprehenduntur.

§. 14.

(*) De vena jugulari frequentius ſecanda. Vratiſl. 1735.

§. 14.

Sectionem venarum raninarum sub angina inflammatoria dudum fuisse familiarem, e monumentis veterum Medicorum edocemur (*) & sane, si quæ est ægritudo, quæ promptissimam desiderat sanguinis ventilationem, hæc inflammatio linguæ & faucium, ubi minimum tumoris augmentum internecinum contrahere potest exitum, huc referri meretur. Casus infauti hujus operationis successus, quos alios Authores inter, consignavit HAGENDORNIUS (**) deterruere quidem nonnullos Medicos, qui cum TULPIO (***) omittendam eandem esse autumant, & sectionem venæ jugularis externæ, scarificationem circa laryngem, in nucha & mento, vel appositionem hirundinum pone aures & in cervice, hujus loco commendant. (****) Nec negandum, cauto hic opus esse, ne nervi, vel arteriæ raninis venis sociæ insimul lædantur, ab illis nempe punctis, convulsivi linguæ motus, penitus vero interfectis, paralytis linguæ, loquela impedita, vel plenaria aponia ortum trahere possunt. Hæ impruden-

(*) vid. HIPPOCRAT. de *victu in morbis acutis*. Tom. XI. edit. Charter. p. 136. GALENUS de *curandi ratione per venesectionem* Tom. X. Cap. 19. p. 448. TRALLIANUS L. IV. C. 1. p. 232.

(**) *Observationum* Cent. III. Hist. 73.

(***) *Observ. Med.* L. I. C. 51. p. 96.

(****) ZACUTUS *Lusitanus* Hist. Med. Princ. L. I. hist. 76. Felix PLATERUS *Obs. Med.* L. II. p. 395. RIOLANI *Enchirid. Anat.* L. IV. p. 385.



denter fauciatæ sanguinem ejaculant, magna cum difficultate, & interdum plane non compescibilem. Pericula hæc averti possunt, si quando sectioni venarum raninarum præmittitur ventilatio sanguinis ex brachio ad animi deliquium usque (*) imo urgente necessitate, nondum subsidente tumore faucium inflammatorio, vel in brachio vel in pede repetatur.

§. 15.

Magnam olim exstitisse inter Medicos controversiam, in quoniam latere pleuriticorum sanguis mittendus §. 1. indicatum. Nec decisam eandem inter recentiores esse, passim observamus; sunt etenim, qui in latere opposito venam secandam autumant (**) alii æquipollentem esse hanc subductionem, vel ex silentio hujus discriminis indicare videntur, (***) vel expressis verbis perhibent (****) plurimi econtra venam lateris adfecti aperiendam esse, serio inculcant. (****) Ho-

(*) Conf. van SWIETEN *Comment. in Aph. Boerhavii* Tom. II. §. 809. p. 674.

(**) FORESTUS *Obs. XXXII. & XXXVI.* BURGIUS *Eph. A. N. C. Ann. IX. & X. obs. CXC.* p. 441.

(***) JUNCKERUS *Conspect. Med. Theor. Pract.* Tab. LXV. p. 534. GOHLII *Compend. Prax. Clinic.* L. IV. C. IX. p. 266.

(****) Otto Philipp. SCHOTT. *Disp. de Pleuritide* Cap. V. §. 11. §. 27. BRENDDEL. *Disp. de Pleuritide vernali, & æstiva.* p. 27.

(*****) LUDWIG. *Instit. Medic. Clinic.* §. 329. p. 145. KALTSCHMIED. *Disp. de Pleuritide vera.* §. 28. p. 21. HOFFMANN. *Med. Ration. Systemat.* T. IV. Sect. III. Cap. VI. p. 433. TRILLER *Comment. de Pleuritide ejusque curatione.* Cap. II. §. 30. p. 29.

Horum in sententiam merito transeundum arbitraverim; omnis siquidem cunctatio in morbo hoc ancipiti admodum periculosa, & in tempeſtiva ſanguinis derivatione optimum collocandum præſidium, quam ex vena loco inflammato proxima citius, quam ex adverſo obtineri poſſe crediderim, modo magno venæ inflitcto foramine, prompta contingat ſanguinis ſubductio, & continuato nihilofecius ſanguinis arterioſi in partem inflammataſ impetu, bis & ter repetatur hæc operatio, donec liber ejus tranſitus in venas vicinas fuerit reſtitutus. Derivationi huic in brachio factæ, revulſio in pede, ejuſdem tamen lateris dolentis, non ſine emolumento ſubjungi poterit, præſertim in individuis obſturtione menſium vel hæmorrhoidum laborantibus, quæ encheireſis vel ex eo commendanda, quod, hac obſervata, non tam facile novus inflammationis acceſſus olim ſit metuendus. Si econtra, præſertim ab initio, in oppoſito latere ſano hæc inſtituitur ſanguinis ventilatio, non tantum nihil emolumenti ægrotos accepiſſe, verum & in vehementiorem reſpirationis difficultatem, majores anxietates, & inquietudines ut plurimum præcipitatos fuiſſe, experientia docuit. (*)

§. 16.

Quæſtioni præcedenti analoga quodammodo eſt: an ſub hæmiplexia venæſectio in parte ſana, vel adfecta ſit inſtituenda? etiam circa hanc diſſenſum deprehendimus Medicorum, ut inter problemata hucus-

(*) Conf. TRILLER l. c. p. 31. & 79. (*)



que referenda. In monumentis antiquissimorum Medicorum, HIPPOCRATIS, DIOCLIS, HEROPHILI, PHAXAGORAE, aliorumque detegere haud licet, quasnam venas elegerint, solo GALENO, & ex scholis Arabum prodeunte AVICENNA exceptis, qui lateris sani venas incidendas commendarunt. His subscriperunt Medici medii ævi, MASSARIAS, FORESTUS, SENNERTUS, RIVERIUS, WEPFERUS, & hujus sæculi STAHLIUS, ALBERTI, PELARGUS, HOFFMANNUS &c. Contra venas lateris fiderati tundendas esse voluerunt ZACUTUS *Lusitanus*, LANCISIUS, *Christoph* BECKERUS, CHESNEAU, GOHLIUS, JUNCKERUS, de quibus Dn. Præsès iustus egit (*) ut recensendis huc pertinentibus argumentis superfedere queam. Tandem haud defuere, qui omnem propemodum sanguinis missionem sub hoc adfectu magis noxiam, quam proficuum declararunt, quos inter ARETAEUM, MUSITANUM, & sæpe laudatum vanSWIETEN nuncupasse sufficiat. Nondum proinde transacta hæc controversia, futuræ experientiæ, debitis sub cautelis, & rite examinatis singulis circumstantiis instituendæ relinquenda videtur.

§. 17.

Ultimo loco detractionis sanguinis e vena secundum longitudinem dorsi penis decurrente mentio injicienda. Perraro quidem hæc operatio videtur necessaria, quandoquidem venæsectio revulsoria, sive in pede, sive in brachio instituat, quantitatem sanguinis, corpora penis spongiosa ultra modum replentis,

(*) in Disput. de *Paralyfi & Hemiplexia*. Rostochii 1739. habit.

imminuendo, inflammationem, vel satyriasin aut priapismum domare valebit. Hac tamen irrito eum successu in usum vocata, sicubi muscoli penis, ex officio, quo funguntur, erectores dicti, spastica constrictione venas dorsi penis contra ossa pubis nimium premunt, & transitum sanguinis arteriosi in illas liberum eo ipso impediunt, junctis aliis adminiculis, tam interne, quam externe adhibendis, a phlebotomia hac derivatoria optimum expectandum auxilium; sublata namque hac resistentia sanguinis, in substantia penis spongiosa contingente, & laxato tono musculorum erectorum adaucto, circulus sanguinis in statum naturalem facile reducitur.

§. 18.

An eductio sanguinis e venis narium præsentem Themati ad censenda, an ad scarificationem pertineat, anceps hæreo, sufficiat proinde brevibus protulisse, olim præeunte ZACUTO *Lustano* (*) calami scriptorii apicem in stellæ figuram fissum, naribus, evocandi sanguinis ergo, fuisse immissum, & agitatam, cui subscribit HOFFMANNUS (**) bacillum acutum exilem, vel culmum stramineum, ex improvise, rudiori paulo impetu naribus intrusum commendans. PLATTNERUS (***) peculiare instrumentum huic scopo adaptatum delineavit, ut setarum suillarum, adplicationis radicis crocodilii, foliorum millefolii &c. usum silentio præteream. Ad imperfectas, quinimo passim periculosas, sanguinem e naribus proliciendi encheireses, hæc recensita jure pertinent.


§. 19.

(*) *Med. Princ. Hist.* L. I. Hist. XI.(**) *Med. Syst.* T. IV. Sect. II. C. V. p. 417.(***) *Dissert. de Scarificatione oculorum.*

§. 19. Pariter vix opus esse reor, ut circa electionem specialem venarum, imprimis in artubus tundendarum, adhuc sim occupatus, quandoquidem huc spectantia momenta, vel modice in anatomia, vel arte chirurgica versato nota esse debent. In brachio ut plurimum ex vena, mediana dicta, sanguis mitti solet, tanquam magis in conspectum, sub ligatura humeri, prodiens. Tironibus Chirurgiæ itidem vena cephalica magis, quam basilica incidenda commendatur, ob huic subjacentem arteriam & nervum brachialem, ab improvida & minus exercitata manu facili negotio lædendum. Ex more a majoribus nostris tradito, adhuc hodie evacuatio sanguinis e vena salvatella, in dorso manus, versus digitum auricularem reperibili, vel cephalica, quæ inter digitum indicem & pollicem decurrit, a vulgo passim desideratur, vana persuasione, fore, ut ab illa vitia lienis, ab hac vero capitis adfectus tolli possint. Parili ratione a credulis chirurgo committi solet, ut nunc saphenam juxta malleolum internum sitam, nunc cephalicam, ad digitum pedis maximum abeuntem, vario respectu aperiant, de quibus consulendus HEISTERUS, (*) hanc autem venarum secundarum electionem, ex ignorantia circuli sanguinis, & venarum cum invicem inosculationis, ortum traxisse, jam supra memoratum, perinde ergo erit, ex quibusnam pedis venis sanguis educatur, non exceptis subinde, quæ juxta genua & suras deprehenduntur, modo eligantur, quæ magis in conspectum prodeunt, & tusæ sufficientem sanguinis quantitatem fundere possunt.

T A N T U M.

(*) Instit. Chirurgic. P. II. Sect. I. Cap. 3. & 4.





in sententiam merito transeundum arbitra-
dem cunctatio in morbo hoc ancipiti
lofa, & in tempeſtiva ſanguinis deri-
collocandum præſidium, quam ex
nato proxima citius, quam ex adver-
rediderim, modo magno venæ infl-
mpta contingat ſanguinis ſubductio, &
ofecius ſanguinis arterioſi in partem
petu, bis & ter repetatur hæc operatio,
transitus in venas vicinas fuerit reſti-
oni huic in brachio factæ, revulſio in
men lateris dolentis, non ſine emolu-
oterit, præſertim in individuis obſtru-
vel hæmorrhoidum laborantibus, quæ
eo commendanda, quod, hac obſer-
cile novus inflammationis acceſſus o-
s. Si econtra, præſertim ab initio,
e ſano hæc inſtituitur ſanguinis venti-
n nihil emolumenti ægrotos accepiffe,
ehementiorem reſpirationis difficulta-
anxietates, & inquietudines ut pluri-
oſuiſſe, experientia docuit. (*)

§. 16.

ni præcedenti analoga quodammodo
mixta venæſectio in parte ſana, vel
penda? etiam circa hanc diſſenſum de-
dicorum, ut inter problemata hucus-
in corpora penis
(*) in Diſput. de Pn. p. 31. & 79.

